Πέτρος καὶ Πέτρος οἱ θεοφιλέστατοι πρεσβύτεροι, καὶ τὸν τόπον ἐπέχοντες τοῦ μακαριωτάτου πάπα Ἀδριανοῦ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, εἶπον· τοιαῦτα γράμματα δεξάμενος καὶ ὁ ἁγιώτατος ἡμῶν πάπας, τούτου ἕνεκεν ἀπέστειλεν ἡμᾶς μετὰ τῶν ἀντιγράφων τῶν ἤδη ἀναγνωσθέντων.

Ἰωάννης ὁ θεοφιλέστατος πρεσβύτερος, καὶ τὸν τόπον ἐπέχων τῶν ἀνατολικῶν ἀρχιερέων, εἶπεν· ταῦτα τὰ ἱερὰ γράμματα, καὶ ἡ εὐσέβεια τῆς βασιλείας παρεσκεύασεν ἡμᾶς τοῦ παραγενέσθαι ἐνταῦθα, καὶ διαφυγεῖν τῶν παρανόμων ἐκείνων καὶ ἐχθρῶν τῆς ἐκκλησίας τὰς χεῖρας.

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν· ὁ θεὸς καλῶς ὑμᾶς ἤνεγκεν.

Κωνσταντῖνος ὁ θεοφιλέστατος διάκονος καὶ νοτάριος εἶπεν· ἐπὶ χεῖρας ἔχω τὰς μνημονευθείσας τετράδας τὰς ἀποσταλείσας ἐκ τῆς ἀνατολῆς· καὶ εἰ κελεύετε, ἀναγνώσομαι.

ANNO CHRISTI 787.

Τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ κυρίῳ καὶ δεσπότῃ Ταρασίῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ, οἱ τῆς ἑώας ἀρχιερεῖς τε καὶ ἱερεῖς ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΤΟΙΣ πανιέροις καὶ ἐκ θείας ἐπιπνοίας ὑπαγορευθεῖσι λιβέλλοις τῆς ὑμετέρας ἐντετυχηκότες ἀποστολικῆς τε καὶ πατρικῆς ἁγιωσύνης, μακαριώτατοι, ἡμεῖς οἱ ταπεινοί, καὶ τῶν τὴν ἔρημον παροικεῖν ἐφιεμένων ἔσχατοι, τρόμῳ καὶ χαρᾷ συνεσχέθημεν. τρόμῳ μὲν, διὰ τὸν φόβον τῶν οἷς δουλεύειν διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν κατεκρίθημεν, τῶν ὄντως ὄντων ἀσεβῶν, καὶ κύκλῳ κατὰ τὸ γεγραμμένον περιπατούντων, καὶ προφάσεις καθ' ἑκάστην, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἡμέραν ἐπιζητούντων τοῦ θανατῶσαι καὶ ἀπολέσαι ἡμᾶς· χαρᾷ δὲ, διὰ τὴν ἐκλάμπουσαν * ἐν ὑμῖν ἀκτίνων δίκην ἡλιακῶν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἀκρίβειαν, καὶ τὴν ἀποστολικῶν τε καὶ πατρικῶν δογμάτων διαφανεστάτην ἐξάπλωσιν. περὶ ὧν εὐκαίρως τῆς τοῦ προφήτου Ζαχαρίου καὶ τῆς τοῦ λόγου φωνῆς γεννήτορος εἰς μνήμην ᾠδῆς ἐληλυθότες, μεγαλοφώνως βοῶμεν ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ παμφαὴς ἐξ ὕψους θεωρητικῆς τε καὶ θεοφρονεστάτης διανοίας, τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου, κακοδόξου πλάνης, ἤτοι Ἀραβικῆς δυσσεβείας, καθημένοις ἡμῖν, τοῦ κατευθῦναι τοὺς νοηματικοὺς ἡμῶν πόδας εἰς ὁδὸν καὶ τρίβους εἰρηνικῆς καταστάσεως. τίς λαλήσει τὰς δυναστείας κυρίου; συμψαλλέτω Δαβὶδ ἡμῖν ὁ θεοπάτωρ· ἀκουστὰς ποιήσει πάσας τὰς αἰνέσεις αὐτοῦ; ὅτι ἠλέη-

*ἄλ. ἐν αὐτοῖς

*Sanctiſſimo ac beatiſſimo domino Taraſio archiepiſcopo Conſtantinopoleos & uniuerſali patriarchæ, orientis ſummi ſacerdotes & ſacerdotes in Domino ſalutem.*

SACRATISSIMIS & ex diuina deitatis inſpiratione libellis apoſtolicæ ac paternæ ſanctitatis veſtræ prælectis, o beatiſſimi, nos humiles, & eorum qui deſertum incolere geſtiunt, vltimi, tremore pariter & gaudio ſumus detenti. Tremore quidem, propter timorem eorum quibus ob peccata noſtra ſeruire decreti ſumus, quique vere ſunt impii, & in circuitu, ſecundum quod ſcriptum eſt, impii ambulant, ac per ſingulos pene dies occaſiones exquirunt, vt nos morti tradant, & perdant: gaudio vero, propter veritatem orthodoxæ fidei quæ fulget in eis ſolarium more radiorum, & luculentiſſimam explanationem apoſtolicorum dogmatum & paternorum. De quibus apte genitorem vocis Verbi, id eſt, prophetam Zachariam ad memoriam reducentes, magna voce clamamus: *Viſitauit nos oriens ex alto* ſplendidus theorica & diuina prouidentia illuſtratæ mentis, in tenebris & vmbra mortis maligni erroris, id eſt, Arabicæ impietatis, ſedentes, ad dirigendos intelligibiles pedes noſtros in viam & ſemitas paciferæ conſtitutionis. *Quis loquetur potentias Domini?* nobiſcum pſallat Dauid pater Dei; *aut auditas faciet omnes laudes eius?* quoniam

Pſalm. 11.

Luc. 1.

Pſalm. 105.

miſertus eſt Deus deſperati populi ſui, & diſtantia ad vnam fidei collegit harmoniam. *Et erexit cornu ſalutis nobis*, & directionis in domo, & Dominum recipiente templo vnigeniti Filii ſui, Domini videlicet Dei ac ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti: quod eſtis vos ſanctiſſimi, *atq; hi qui partes ſecundas eccleſiæ portant per legem & ordinem eccleſiæ noſtræ, triumphatores ſcilicet ac diuinitus redimiti ſeu decreti principes noſtri & domini terrarum orbis. Sacerdotium enim imperii ſanctificatio eſt & conſtitutio, & imperium ſacerdotii fortitudo & firmamentum. de quibus ſapiens quidam princeps & in ſanctis regibus beatiſſimus ait: Maximum donum Deus hominibus præſtitit, ſacerdotium & imperium: illud quidem adornans & regens cæleſtia; hoc vero gubernans legibus iuſtis terreſtria. Nunc veraciter medius maceriæ paries ſolutus eſt, & concordia diſcordiæ principatur, & incuruatur vnitati diuiſio, & fuga lapſa diſparuit diſſonantia: & pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum, iocundo vultu triumphat, & fiducialiter conuerſatur. Nunc nos qui facti fueramus opprobrium vicinis & affinibus noſtris, ſubſannatio & deriſio his qui in circuitu noſtro ſunt, ac per hoc ad terram præ confuſione proſpicientes, ad cælos vnanimi alacritate ſuſpicimus, & pſallentes in exultatione proclamamus: *In hoc cognoui, quoniam voluiſti me, quia non gaudebit inimicus meus ſuper me.* Me autem propter innocentiam & ſimplicitatem erroris titubantem ſuſcepiſti, & ſaluū me faciens ere-

Luc. 1.

* Anaſt. verb. *Quia primas retinent patriarchæ, nam primum in eccleſia locum poſſident ſacerdotes.*

* *Gr.* atque hi, qui par. ſec. iuxta legem & ordinem in eccleſia obtinent poſt vos triumphat.

Pſalm. 40.

στεν ὁ θεὸς τὸν ἀπεγνωσμένον λαὸν αὐτοῦ, καὶ τὰ διεστῶτα πρὸς μίαν συνῆψε πίστεως ἁρμονίαν. ὅτι ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν καὶ διορθώσεως ἐν οἴκῳ καὶ θεοδόχῳ ναῷ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ αὐτοῦ, κυρίου δὲ καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· οἵτινές ἐστε ὑμεῖς ἁγιώτατοι, καὶ οἱ τὰ δεύτερα κατὰ θεσμὸν καὶ τάξιν ἐκκλησίας φέροντες ὑμῶν θεοστεφεῖς τροπαιοῦχοι καὶ θεοψήφιστοι βασιλεῖς ἡμῶν καὶ δεσπόται τῆς οἰκουμένης. ἱερωσύνη γὰρ βασιλείας ἁγιασμός ἐστι καὶ ἀνασυστοιχείωσις, καὶ βασιλεία ἱερωσύνης ἰσχὺς καὶ κραταίωμα. περὶ ὧν σοφός τις ἄναξ καὶ ἐν βασιλεῦσιν ἁγίοις ἔφη μακαριώτατος· μέγιστον δῶρον θεὸς ἀνθρώποις παρέσχεν ἱερωσύνην καὶ βασιλείαν· τὴν μὲν τὰ οὐράνια κατακοσμοῦσαν καὶ διέπουσαν, τὴν δὲ οἰακίζουσαν θεσμοῖς δικαίοις τὰ ἐπίγεια. νῦν ἀληθῶς τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ διαλέλυται, καὶ συμφωνία κατάρχει διαφωνίας, καὶ ὑποκύπτει ἑνώσει διαίρεσις, καὶ φροῦδος κατέστη διάστασις· καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, φαιδρῶς πομπεύει τῷ προσώπῳ, καὶ παρρησιαστικῶς πολιτεύεται. νῦν οἱ γενηθέντες ἡμεῖς ὄνειδος τοῖς γείτοσι καὶ συνομόροις ἡμῶν, μυκτηρισμὸς καὶ χλευασμὸς τοῖς κύκλῳ ἡμῶν, κἀκ τούτου πρὸς γῆν κεχηνότες, εἰς οὐρανοὺς ἐνθύμως συναναδυόμεθα, καὶ ψαλμικῶς ἐν ἀγαλλιάσει ἀνακραζόμεθα· ἐν τούτῳ ἔγνων, ὅτι τεθέληκάς με, ὅτι οὐ μὴ ἐπιχαρῇ ὁ ἐχθρός μου ἐπ' ἐμοί. κἀμοῦ δὲ διὰ τὴν ἀκακίαν καὶ ἁπλότητα πλάνῃ περιτραπέντος ἀντελάβου, καὶ διασώσας με ἀνέστη-

ANNO CHRISTI 787.

σας, καὶ ἐπὶ τὴν πέτραν τῆς ἀποστολικῆς πίστεως σὺν Θεῷ χωλαίνοντάς μου πόδας κατέπηξας. ταῦτα καὶ τὰ τούτοις γράφειν ἡμᾶς συνῳδὰ παρεσκεύασαν αἱ θεοχάρακτοι δέλτοι ὑμῶν, ἃς κανονικῷ κινούμενοι νόμῳ, καὶ πατροπαραδότῳ εὐταξίᾳ ποδηγούμενοι, τοῖς σὺν Θεῷ ἀποστολικοῖς θρόνοις διέπειν λαχοῦσι διὰ ξυνωρίδος ἁγίας καὶ εὐλαβοῦς καὶ θεοδηγήτου πεπόμφατε. οἵτινες ἀφικόμενοι, καὶ κατὰ θεοῦ βούλησίν τε καὶ ἐπίνευσιν ὑπαντηκότες τοῖς θεοσεβεστάτοις ἀδελφοῖς ἡμῶν ἀνδράσιν ἁγίοις καὶ δεδωκόσι τὰς ψυχὰς αὐτῶν ὑπὲρ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν διορθώσεως, ἀναγνωρισθέντες ἐκ παλαιᾶς καὶ ἀρχαίας ἀναστροφῆς, λίαν ἐχάρησαν· καὶ μάλιστα εὑρηκότες ἄμφω ἐν ἑνὶ διατρίβοντας τόπῳ, καὶ τὸν θεοφιλῆ τρόπον διώκοντας. καὶ ἀνακαλύψαντες ἑαυτούς, ὑπέδειξαν αὐτοῖς σὺν Θεῷ τῆς ὀρθοδοξίας ὑμῶν θεοπρεπεῖς καὶ ἀξιαγάστους λιβέλλους, διηγησάμενοι κατ' ἔπος τῆς θεαρέστου γνώμης τῆς σῆς ἁγιότητος, καὶ τῶν θεοφυλάκτων δεσποτῶν ἡμῶν τὴν εὐβουλίαν, καὶ τῆς κοινῆς τῶν ὅλων σωτηρίας τὴν προσδοκίαν, καὶ πρὸς Θεὸν ἀκαταίσχυντον ἐλπίδα. οἱ δὲ ὥσπερ μίαν ψυχὴν ἐν δυσὶ σώμασιν ἔχοντες, καὶ τὸ ἓν ἀποστολικῶς φρονοῦντες, καὶ ὑπὸ τοῦ θείου κινούμενοι πνεύματος, μυστικῶς ἅμα καὶ συνετῶς σὺν Θεῷ ἀδελφοὺς περιστείλαντές τε καὶ κατακρύψαντες διὰ τὸ περιστοιχοῦν δέος τῶν ἐχθρῶν τοῦ σταυροῦ, οὐ κατεθάῤῥησαν, καίπερ σοφοὶ ὄντες, ἢ καταπιστεῦσαι τῶν σφῶν αὐτῶν θεωρίας, ἢ τῆς ὑποθέσεως ἐνεργῆσαι τὴν διέξοδον, δεδιημένης καὶ μάλιστα διεσμιλευμένης καὶ πεπυκνωμένης βουλῆς τε καὶ σκέψεως. βουλὴ γάρ, φησί, καλὴ

xiſti, & ſuper petram apoſtolicæ fidei claudicantes pedes meos infixiſti. Hæc & his concinentia ſcribere nos fecerunt diuinitus exarata volumina veſtra, quæ canonica moti lege, & paternæ traditionis diſciplina ducti, his qui apoſtolicarum ſedium moderamen ſortiti ſunt, per reuerendas & a Deo directas bigas miſiſtis. qui peruenientes, & per Dei voluntatem ac nutum occurrentes Dei cultoribus fratribus noſtris, viris ſanctis, qui dederunt animas ſuas pro eccleſiarum correctione; & recogniti ex veteri & antiqua conuerſatione, valde gauiſi ſunt: & maxime reperientes ambos in vno loco degentes, & modum Deo placitum perſequentes. Et ſeſe reuelãtes, oſtenderunt eis orthodoxiæ veſtræ Deo decentes & dignos admiratione libellos, referentes per ordinem Deo placitæ ſanctitatis veſtræ mentis, & pium Deo conſeruatorum dominorum noſtrorum conſilium, & communis omnium ſalutis expectationem, & circa Deum ſine confuſione ſpem. At illi quaſi vnam animam in duobus corporibus habentes, & vnum ſecundum Apoſtolum ſapientes, & a diuino agitati ſpiritu, ſecreto pariter & intelligenter fratres contegentes & occultantes propter formidinem inimicorum crucis, quæ hinc inde diſpoſita fuerat, non auſi ſunt, cum eſſent ſapientes, vel credere viſionem ipſorum, vel cauſæ operari decurſum: præſertim cum in timore res haberetur, & quam maxime crebreſcens conſilium & diligens circumſpiciendi tractatus exigeretur. *Conſilium enim bonum cuſtodiet,* Prouerb. 2.

inquit, *te: cogitatio vero bona ſeruabit te.* Et ecce dum lateret eos qui * ſe ſub tuitione cuſtodiæ poſuerant, cucurrerunt vſque ad nos: & in idipſum congregantes ſilenter, humilitatem noſtram, primo quidem adiuramento * vincientes, nos ſeruare ſecreto ac ſine propalatione, quæ ab eis erant dicenda, & in hunc modum quidquid ad cautelam pertinet exaggerantes, reuelauerunt nobis omnem rei quæ ſibi acciderat, circumſtantiam. Stupefacti autem & compuncti corde, lacrymiſque perfuſi feruentibus ſuper huiuſmodi narrationis miraculo, & * gloria tantæ rerum mutationis, ſtetimus ad orationem, veluti peccatores, cum timore ac tremore: & ei qui facit omnia, & transfert ad id quod melius eſt, decentem laudem referentes, petiuimus obnixe benignitatem eius, quo in minimis nobis fieret medius, & per Spiritum ſanctum illuceſceret lux ſcientiæ in cordibus noſtris, atque communis vtilitatis conſilii donaret virtutem, cogitationeſque bonas ad determinationem optimi veſtri propoſiti. quod & fecit, cum eſſet benignus atque miſericors. Conſiderauimus igitur, ſanctiſſimi, contaminatæ nationis cognoſcentes contra nos infeſtationem, retinere hos qui miſſi ſunt, & prohibere appropiare his ad quos deſtinati ſunt: ducentes hos in medium noſtrum, & admonentes plurimum, ne inducerent turbationem; imo, vt ſpecialius dicamus, exitium quieſcentibus, & Dei gratia pacificatis eccleſiis, vel populo miſerabiliter iugo ſeruitutis afflicto, & importabilium illa-

* quos in ſuæ tuitionis cuſtodiam

* Gr. addit. maxime horribili.

* inopinato

φυλάξει σε, ἔννοια δὲ ἀγαθὴ τηρήσει σε. καὶ δὴ λαθόντες οὓς ἐν ἀσφαλείᾳ παραφυλακῆς ἀπέθεντο, ἔδραμον ὡς ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἠθροικότες ἀψοφητὶ τὴν ἡμετέραν ταπείνωσιν, πρῶτον μὲν κατακρίσει φρικωδεστάτῃ συνδήσαντες ἡμᾶς, φυλάξαι ἀνεξαγόρευτα τὰ πρὸς αὐτῶν λεχθησόμενα, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἑαυτοῖς ἐπισεσωρευκότες τὸ ἀσφαλές, ἀπεκάλυψαν ἡμῖν πᾶσαν τὴν περιπέτειαν. καταπλαγέντες δὲ καὶ κατανυγέντες τὴν καρδίαν, δάκρυσί τε συσχεθέντες θερμοῖς ἐπὶ τῷ τοιούτῳ τῆς διηγήσεως θαύματι, καὶ τῷ παραδόξῳ τῆς τοιαύτης μεταβολῆς, ἔστημεν εἰς προσευχὴν ὡς ἁμαρτωλοὶ μετὰ φόβου καὶ τρόμου· καὶ τῷ ποιοῦντι πάντα καὶ μετασκευάζοντι πρὸς τὸ βέλτιον προσαγηοχότες τὴν πρέπουσαν αἴνεσιν, ᾐτησάμεθα τὴν αὐτοῦ ἐκτενῶς ἀγαθότητα τῶν ἐλαχίστων ἡμῶν γενέσθαι ἐν μέσῳ, καὶ διὰ πνεύματος ἁγίου ἐπιλάμψαι φῶς γνώσεως ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, καὶ κοινωφελοῦς βουλῆς χαρίσασθαι δύναμιν, καὶ ἐννοίας ἀγαθὰς πρὸς περαίωσιν τῆς ἀρίστης ὑμῶν προθέσεως. ὃ δὴ καὶ ἐποίησεν ἀγαθὸς ὢν καὶ φιλάνθρωπος. συνείδομεν τοιγαροῦν ἁγιώτατοι, τοῦ μιαροῦ γινώσκοντες ἔθνους τὴν ὡς ἡμᾶς ἀπέχθειαν, ἐπισχεῖν τοὺς ἀποσταλέντας, καὶ κωλῦσαι προσεγγίσαι τοῖς πρὸς οὓς ἀπεστάλησαν, ἀγαγόντες αὐτοὺς μέσον ἡμῶν, καὶ νουθετήσαντες πλεῖστα μὴ ἐπαγαγεῖν ταραχὴν, μᾶλλον δὲ εἰπεῖν ὄλεθρον οἰκειότερον ἠρεμούσαις καὶ θεοῦ χάριτι εἰρηνευούσαις ἐκκλησίαις, καὶ λαῷ ταλαιπωροῦντι δουλείας ζυγῷ, καὶ δυσεκπίπτων

φόρων

ANNO CHRISTI 787.

φόρων πιεζομένῳ ἐπαγωγῇ. οἱ δὲ δυσαναχετοῦντες ἔλεγον, ὡς εἰς τοῦτο ἀπεστάλημεν, παραδοῦναι τὰς ἑαυτῶν εἰς θάνατον ψυχὰς ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας, καὶ τὴν πρόθεσιν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου καὶ τῶν εὐσεβῶν βασιλέων εἰς πέρας ἀγαγεῖν. ἀλλ' εἰ μὲν εἰς τὰς ὑμετέρας καὶ μόνον ψυχὰς, ἔφημεν πρὸς αὐτοὺς, συνετελεῖτο ὁ κίνδυνος, εἶχεν ἂν ὁ λόγος ὑμῶν τὸ βέβαιον· ἐπεὶ δὲ κατὰ τοῦ κοινοῦ τοῦ τῆς ἐκκλησίας προέρχεται σώματος, ποία ἔσται ὄνησις; μᾶλλον δὲ ποῖον οὐκ ἔσται βλάβος, κτίσαι οἰκοδομὴν ἐπίσαθρον, καὶ στερροῦ θεμελίου χηρεύουσαν; καὶ πῶς, ἔλεγον, ἢ ποίῳ προσώπῳ πρὸς τοὺς ἀπεσταλκότας ἡμᾶς ἐπανήξομεν, ἐπιφερόμενοι μηδὲν τῶν κατὰ γνώμην αὐτοῖς ἐλπιζομένων; πρὸς ταῦτα ἠπορηκότες ἡμεῖς, γινώσκοντές τε τοὺς θεοφιλεῖς ἀδελφοὺς ἡμῶν Ἰωάννην καὶ Θωμᾶν ζήλῳ θείῳ τῆς ὀρθοδόξου κεκοσμημένους πίστεως, δύο ἁγίων καὶ μεγάλων πατριαρχῶν ὁμοψύχοις συγκέλλοις γενομένους, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς ἁγιοποιοῦ ἡσυχίας ὄντας ἐραστὰς, ἔφημεν πρὸς αὐτούς· ἰδὲ καιρὸς ἀδελφοὶ πρόσφορος σωτηρίας, καὶ ἡσυχίας μᾶλλον ὑψηλότερος. πορεύεσθε σὺν τοῖς ἀνδράσι τούτοις, καὶ τὴν ὑπὲρ αὐτῶν ἀπολογίαν ἀναδέξασθε· καὶ διηγήσασθε ζώσῃ φωνῇ, ἃ διὰ γραμμάτων γνωρίσαι τοῖς δεσπόταις ἡμῶν πάρελκον ἡγούμεθα. οἴδατε, ὅπως διὰ βραχυτάτης κατηγορίας ἐξόριστος γέγονεν ἀπὸ δισχιλίων * σημείων ὁ τὸν θρόνον λαχὼν διέπειν τοῦ ἀδελφοθέου Ἰακώβου. ὁπηνίκα δὲ τὸ τοῦ θεοῦ ἔργον πληρώσητε, καὶ τὴν κρατοῦσαν ἀποστολικὴν παράδοσιν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ ταῖς κατ'

* μιῶν

tione tributorum oppreſſo. At illi hæc moleſte ferentes, dicebant, quia in hoc deſtinati ſumus, vt tradamus noſtras in mortem animas pro eccleſia, & propoſitum ſanctiſſimi patriarchæ ac piiſſimorum imperatorum perducamus in finem. Sed ſi in veſtras tantummodo animas, diximus ad eos, cohauriretur periculum, haberet forte ſermo veſter aliquam firmitatem. At vero quia contra commune corpus procedit eccleſiæ, qualis erit profectus? imo qualis non erit læſio, ædificium conſtruere ſuper putredinem, & firmo fundamento priuatum? & quomodo, inquiunt, vel qua facie ad eos qui nos miſerunt, redibimus, nihil eorum quæ ſecundum votum ſuum ſperabant, omnino ferentes? Ad hæc deficientes nos, ſcienteſque Deo amabiles fratres noſtros, Ioannem ſcilicet & Thomam, zelo diuino orthodoxæ fidei adornatos, atque duorum ſanctorum & magnorum patriarcharum ſyncellos, quin & * ſanctificandos ſilentii amatores, diximus ad eos: Ecce tempus, fratres, acceptum ſalutis, & ſilentio excellentius. Ite cum viris iſtis, & pro eis apologiam aſſumite; & enarrate viua voce, quæ per literas intimare dominis noſtris ſupra vires eſſe coniicimus. Noſtis enim qualiter per puſillam accuſationem exul factus ſit a bis millibus ſignorum ille qui ad regendum thronum fratris Domini ſortitus eſt Iacobi. Cum autem opus Dei adimpleueritis, & apoſtolicam traditionem quæ tenetur in eccleſiis per

* ſanctiſici

Ægyptum & Syriam, dominis noſtris cognitam feceritis, tunc quod a vobis deſideratur, amplectimini. Et quomodo nos, reſponderunt, idiotæ cum ſimus & * inexpertes, & ad tantam cauſam infirmi & indocti, præſumemus arripere negotium quod virtutem noſtram exuperat? Sed Chriſtus Deus noſter, qui per viliſſimos & idiotas, e veſtigio diximus, cooperatus eſt, ſanctos inquam apoſtolos, & per eos orbem terrarum captauit ad obedientiam verbi diſpenſationis ſuæ, potens eſt dare vobis ſermonem in apertione oris veſtri, ad ſupplendum intentionem & ſenſum eorum qui neque literas quiuerunt ſuſcipere, neque auſi ſunt ſcribere, vel ſuper talibus quolibet modo mutire. Qui cum Dei eſſent amatores, obedientiæ filii apparentes, obedierunt verbo noſtro, & acquieuerunt hortationi. quos cum prolixa promittentes oratione, & gaudium non qualecumque his qui miſſi ſunt, conciliantes, taliter diuulſi ſumus abinuicem cum multa lacrymarum effuſione. Verum, o ſanctiſſimi & beatiſſimi, vt decet paternam dominationem veſtram, benigne fratres noſtros ſuſcipite, & dominis orbis abſque ſubtractione vel timore hominum præſentate. habebitis enim eos ſcientes liquido trium apoſtolicarum ſedium concinentem & concordantem orthodoxiam: qui ſanctas & vniuerſales ſex Synodos voce conſona prædicant, aliam ad has, quam & ſeptimam quidam ſuſurrando nuncupant, nullatenus admittentes, imo modis omnibus reſpuentes,

* Gr. ignoti,

Αἴγυπτον καὶ Συρίαν τοῖς δεσπόταις ἡμῶν γνωρίσητε, τηνικαῦτα τὸ ποθούμενον ὑμῖν ἀσπάσασθε. καὶ πῶς ἡμεῖς, ἀπεκρίναντο, ἰδιῶται καὶ ἀγνῶτες ὄντες, καὶ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ἀσθενῶς καὶ ἀμαθῶς ἔχοντες, καταλμήσομεν χειρίσματος τὴν ἡμετέραν ὑπερβάλλοντος δύναμιν; ἀλλ' ὁ δι' εὐτελῶν καὶ ἰδιωτῶν, αὐτέφημεν, ἐνεργήσας, τῶν ἁγίων ἀποστόλων φημὶ, καὶ δι' αὐτῶν ζωγρήσας τὴν οἰκουμένην πᾶσαν πρὸς ὑπακοὴν τοῦ λόγου τῆς αὐτοῦ οἰκονομίας, Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν, δυνατός ἐστι δοῦναι ὑμῖν λόγον ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος ὑμῶν, πρὸς τὸ ἀναπληρῶσαι τὸν σκοπὸν καὶ τὸ φρόνημα τῶν μήτε γράμματα δυναμένων δέξασθαι, μηδ' αὖ τολμώντων γράψαι ἢ γρύξαι τι περὶ τῶν τοιούτων. οἱ δὲ θεοφιλεῖς ὄντες, καὶ ὑπακοῆς υἱοὶ πεφηνότες, ἐπείσθησαν τῷ λόγῳ ἡμῶν, καὶ εἶξαν τῇ παρακλήσει. οἷς μετ' ἐκτενοῦς προσπεμφότες εὐχῆς, καὶ χαρὰν οὐ τὴν τυχοῦσαν τοῖς ἀποσταλεῖσι προξενηκότες, οὕτω διεσπάσθημεν ἀπ' ἀλλήλων μετὰ πολλῆς δακρύων χύσεως. ἀλλ' ὦ ἁγιώτατοι καὶ μακαριώτατοι, ὡς πρέπον ἐστὶ τῇ πατρικῇ δεσποτείᾳ ὑμῶν, ἀσμένως τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν ὑποδέξασθε, καὶ τοῖς δεσπόταις τῆς οἰκουμένης ἄτερ συστολῆς καὶ ἀνθρωπίνου φόβου παραστήσατε. ἕξετε γὰρ αὐτοὺς ἐπισταμένους ἀκριβῶς τὴν τριῶν ἀποστολικῶν θρόνων τὴν ὁμονοητικήν τε καὶ σύμφωνον ὀρθοδοξίαν· οἵτινες τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἓξ συνόδους ὁμοφώνως κηρύττουσιν, ἑτέραν πρὸς ταύταις, τὴν καὶ ἑβδόμην τινὲς θρυλλοῦσιν, οὐ προσιέμενοι, ἀλλὰ πάμπαν ἀποβαλλόμενοι,

Anno Christi 787.

ὡς ἐπὶ καθαιρέσει τῶν ἀποστολικῶν τε καὶ διδασκαλικῶν παραδόσεων συναθροισθεῖσαν, καὶ τῶν θείων καὶ σεπτῶν εἰκόνων ἀναιρέσει καὶ ἐξαλείψει. ὑμεῖς δὲ ἁγιώτατοι, πεπυρσευμένοι θείῳ ζήλῳ ὑπάρχοντες, σύμφρονάς τε τῶν δικαίᾳ ψήφῳ θεοῦ βασιλεύειν ὑμῶν προκριθέντας θεοφυλάκτους δεσπότας ἔχοντες, ἅμα δὲ καὶ τὴν θεοσκεπῆ καὶ θεοτείχιστον σύγκλητον, ἰσχύσατε καὶ ἀνδρίζεσθε, καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία ὑμῶν, πᾶσαν παρακοὴν ἀποστολικῶς διεκδικοῦντες, καὶ εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ ὑπακοὴν μεθαρμόζοντες. ἐκεῖνο δὲ ὑπομιμνήσκομεν ὡς ἀναγκαῖον τὴν ἱεραρχικὴν ὑμῶν κορυφὴν, εἴγε εὐδοκίᾳ τοῦ παμβασιλέως Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, καὶ τῶν αὐτῷ συμβασιλεύειν ἠξιωμένων θεοσεβεστάτων καὶ σκηπτούχων δεσποτῶν ἡμῶν, βουληθείητε συγκροτῆσαι σύνοδον, μὴ ἐπαχθὴς ὑμῖν φανείη τῶν τριῶν ἀποστολικῶν θρόνων τῶν ἁγιωτάτων πατριαρχῶν, καὶ τῶν ὑπ' αὐτῶν ὁσιωτάτων ἐπισκόπων ἡ ἀπόλειψις. οὐ γὰρ ἐξ οἰκείας αὐτῶν τὸ ἐμποδὼν προθέσεως, ἀλλὰ τῆς τῶν κρατούντων καὶ κυριευόντων αὐτῶν φρικωδεστάτης ἐπαπειλήσεως καὶ θανατηφόρου ἐπιτιμήσεως. τοῦτο δέ ἐστιν ἀκριβέστερον συνιδεῖν καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου, ἐν ᾗ οὐδεὶς τῶν κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἐν τούτοις ἐπισκοπούντων τοῖς μέρεσι συναχθεὶς εὕρηται διὰ τὴν τῶν μιαρῶν ἐπικράτειαν. ἀλλ' οὐδὲ ἐκ τούτου τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ πρόκριμα συνεπλάκη, οὐδ' αὖ παρεμπόδισε κώλυσίς τις συστήσασθαι, καὶ κατάδηλα πᾶσι ποιῆσαι τὰ ὀρθὰ τῆς εὐσεβείας

nimirum vt dudum in apoſtolicarum & magiſterialium traditionum depoſitionem, atque ſacrarum ac venerabilium imaginum interemptionem & abolitionem, collectam. Vos autem ſanctiſſimi diuino illuſtrati zelo, conſentaneos quoque habentes diuinitus conſeruandos dominos, qui iuſto decreto Dei in vobis imperare præordinati ſunt, ſimul etiam & a Deo protegendum & muniendum ſenatum, præualete & viriliter agite, & confortetur cor veſtrum, omnem inobedientiam apoſtolice vlciſcentes, & ad Chriſti obedientiam coaptantes. Illud autem tamquam neceſſarium penes pontificalem apicem veſtrum commonendum ducimus; vt ſi beneplacito cunctorum regis, Chriſti videlicet Dei noſtri, & eorum qui cum eo regnare meruerunt, Dei ſcilicet amicorum & triumphatorum dominorum noſtrorum, volueritis celebrare Synodum: ne moleſta vobis appareat trium apoſtolicarum ſedium almorum patriarcharum, & ſanctiſſimorum epiſcoporum, qui ſub ipſis degunt, abſentia, non ex proprio eorum accidens propoſito, ſed ex tenentium ſeu dominantium illis terribilibus minis & mortiferis pœnis. Hoc autem ſubtilius eſt conſiderandum etiam ab ipſa ſacra & vniuerſali ſexta Synodo, in qua nullus eorum qui per idem tempus in his partibus epiſcopi erant, conueniſſe repertus eſt propter obſcœnorum obtinentiam. Sed nullum ex hoc ſanctæ adhæſit Synodo præiudicium: neque vires habuit prohibitio aliqua ſtatuendi & manifeſta faciendi

recta dogmata pietatis, præcipue cum ſanctiſſimus & apoſtolicus papa Romanus concordauerit, & in ea inuentus ſit per apocriſarios ſuos. Et nunc, ſanctiſſimi, hoc cum auxilio Dei ſimiliter fiat. Nam ſicut tunc illius fides in orbis terræ perſonuit fines, ita & Synodi quæ nunc per gratiam Dei congreganda eſt per interuentionem veſtram, & eius qui moderatur apoſtolorum principis ſedem, prædicabitur in omni loco qui ſub ſole eſt; videlicet quæ tyrannice deſtructa ſunt, erigens, & in antiquam & apoſtolicam reformans traditionem. Porro ad munitionem humilium literarum noſtrarum, ſatisfactionemque beatitudinis dominationis veſtræ, atque victorum & triumphatorum imperatorum noſtrorum, conſpeximus etiam exemplar ſynodicorum Theodori ſanctæ memoriæ patris noſtri & patriarchæ Hieroſolymorum ſubiiciendum his quæ ſcripta ſunt a nobis. Hunc autem libellum ſecundum ſolitum eccleſiæ ritum, idem ſanctæ recordationis ſcripſit beatis & almi termini ſanctiſſimis patriarchis, Coſmæ ſcilicet Alexandriæ, ac Theodoro Antiochiæ Theopoleos; qui & reciproca ſynodica eorum, dum adhuc viueret, recepiſſe dignoſcitur. Incolumes vos pro nobis orantes Dominus conſeruet, ſanctiſſimi & diuinitus honorati.

δόγματα· μάλιστα τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ἀποστολικοῦ πάπα Ῥώμης συμφωνήσαντος αὐτῇ καὶ συνευρεθέντος διὰ τῶν οἰκείων ἀποκρισιαρίων. καὶ ἀρτίως, ἁγιώτατοι, τοῦτο γένοιτο σὺν θεῷ. καὶ ὃν τρόπον τηνικαῦτα ἐκείνης ἡ πίστις εἰς τὰ τῆς οἰκουμένης ἐξήχηται πέρατα, οὕτω καὶ τῆς νυνὶ ἀθροισθησομένης Χριστοῦ χάριτι συνόδου διὰ μεσιτείας ὑμῶν καὶ τοῦ τὸν ἀποστολικὸν θρόνον τοῦ κορυφαίου διέποντος, κηρυχθήσεται ἐν ὅλῃ τῇ ὑφ' ἡλίῳ· δηλαδὴ τὰ τυραννικῶς καταστραφέντα ἀνορθούσης, καὶ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαθιστώσης κατὰ τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν. πρὸς δὲ ὀχύρωσιν τῶν μετρίων ἡμῶν γραμμάτων, πληροφορίαν τε τῆς ὑμετέρας δεσποτικῆς μακαριότητος, καὶ τῶν νικητῶν καὶ τροπαιούχων ἡμῶν βασιλέων, συνείδομεν καὶ τὸ ἴσον τῆς συνοδικῆς Θεοδώρου τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν καὶ πατριάρχου Ἱεροσολύμων ὑποτάξαι τοῖς ὑφ' ἡμῶν γραφεῖσι. τοῦτον δὲ τὸν λίβελλον κατὰ τὸν συνήθη θεσμὸν τῆς ἐκκλησίας ὁ αὐτὸς ἐν ἁγίᾳ τῇ λήξει γεγράφηκε τοῖς μακαρίοις καὶ ἐν ὁσίᾳ τῇ λήξει ἁγιωτάτοις πατριάρχαις, Κοσμᾷ φαμὲν τῷ Ἀλεξανδρείας, καὶ Θεοδώρῳ τῷ Ἀντιοχείας Θεουπόλεως, ὃς καὶ τὰ ἀντισυνοδικὰ αὐτῶν ἔτι ζῶν ἐδέξατο. ἐρρωμένους ὑμᾶς καὶ ἡμῖν εὐχομένους ὁ κύριος διαφυλάξειεν, ἁγιώτατοι καὶ θεοτίμητοι.

ANNO CHRISTI 787.

Ἴσον συνοδικοῦ Θεοδώρου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἱεροσολύμων.

ΠΙΣΤΕΥΟΜΕΝ τοίνυν, μακαριώτατοι, καθάπερ ἄνωθέν τε καὶ ἐξ ἀρχῆς πεπιστεύκαμεν, εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ἄναρχον παντελῶς καὶ ἀΐδιον, πάντων ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἀϊδίως καὶ ἀπαθῶς ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ οὐκ ἄλλην ἀρχὴν ἢ τὸν πατέρα γινώσκοντα, καὶ ἐξ αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν ἔχοντα, φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ· καὶ εἰς ἓν πνεῦμα ἅγιον τὸ ἀϊδίως ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ φῶς καὶ θεὸν καὶ αὐτὸ γνωριζόμενον, καὶ ὂν ἀληθῶς πατρὶ καὶ υἱῷ συναΐδιον, ὁμοούσιόν τε καὶ ὁμόφυλον, καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ φύσεως, ὡσαύτως δὲ καὶ θεότητος· τριάδα ὁμοούσιόν τε καὶ ὁμότιμον καὶ ὁμόθρονον, εἰς μίαν συγκεφαλαιουμένην θεότητα, καὶ εἰς μίαν συναγομένην καὶ κοινὴν κυριότητα, ἄνευ προσωπικῆς τε καὶ ὑποστατικῆς ἀναχύσεώς τε καὶ συναιρέσεως. τριάδα γὰρ ἐν μονάδι πιστεύομεν, καὶ μονάδα ἐν τριάδι δοξάζομεν· τριάδα μὲν ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσι, μονάδα δὲ τῷ μοναδικῷ τῆς θεότητος. * οὔτε γὰρ τὸ ἐν ἰδίῳ συγκεχυμένον ἔχει, οὐδ᾽ αὖ τὸ τρισσὸν διαμπὰξ διαιρούμενον, ἐν θατέρῳ δὲ μᾶλλον συντηρούμενον θάτερον. διαιρουμένη γὰρ ταῖς ἀριθμηταῖς ὑποστάσεσι, καὶ ἀριθμουμένη ταῖς προσωπικαῖς ἑτερότησι, τῷ ταυτῷ τῆς οὐσίας καὶ τῆς φύσεως ἑνοῦται, καὶ

* ἐν αὐτῇ γὰρ τὸ ἑνιαῖον ἀσυγχ.

*Exemplar ſynodicorum Theodori ſanctiſſimi patriarchæ Hieroſolymorum.*

CREDIMVS igitur, beatiſſimi, quemadmodum credidimus deſurſum ab initio, in vnum Deum Patrem, ſine principio penitus & ſempiternum, omnium viſibilium & inuiſibilium factorem: & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum Filium Dei vnigenitum, ex ipſo Deo & Patre ſempiterne ac impaſſibiliter natum, nec aliud principium quam patrem ſcientem, & ex ipſo ſubſtantiam habentem; lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero. Et in Spiritum ſanctum ex Patre procedentem, lumen & Deum * per ſe cognitum, & exiſtentem veraciter Patri & Filio coæternum, homouſion & cōtribulem & eiuſdem eſſentiæ ac naturæ, ſimiliter autem & deitatis. Trinitatem homouſion ac vnius honoris & throni, quæ in vnam recapitulatur & colligitur deitatem & communem dominationem, ſine perſonali & ſubſiſtentiali refuſione vel * diuiſione. Trinitatem enim in vnitate credimus, & vnitatem in Trinitate glorificamus: Trinitatem quidem tribus ſubſiſtentiis, vnitatem vero ſingularitate deitatis: * quæ neque vnum quod proprium poſſidet, confuſum habet, neque ipſum trinum per totum diuiſum, * ſed potius in vtroque conſeruatum vtrumque. diuiſa eſt enim numeratis ſubſiſtentiis, & numerata perſonarum diuerſitatibus, identitate autem ſubſtantiæ & naturæ

* & ipſum per ſe,

* Gr. contractione.

* f. quæ neque vnum confuſum habet, &c.

* Gr. ſed potius in altero alterum.

vnita, omnino partitionem non recipit. Vnus enim Deus eſt, quia deitas vna famoſiſſime prædicatur, & in Trinitate perſonarum cognoſcitur. & neque ſecundum quod vnus Deus & vna deitas eſt, diuidendus & in tres Deos diſpertiendus: Arianorum enim eſt iſta impietas. neque ſecundum quod tres vnus Deus eſt & cognoſcitur, etiam ſubſiſtentiæ tres prædicantur, & Pater & Filius & Spiritus ſanctiſſimus dicitur, contractus vel compactus, & in vnam ſeſe commiſcens ſubſiſtentiam: Sabellianorum enim eſt iſta nequitia. & ideo bene a deiloquis ſancitum eſt, monadẽ quidem nos debere ſapere in vna & in ſingulari deitate, Triadem vero in inconfuſis tribus ſubſiſtentiis. non autem alium vnum Deum præter tres perſonas agnoſcimus; neque tres Trinitatis vnius ſubſtantiæ perſonas, quæ ſunt Pater & Filius & Spiritus ſanctus, alias præter vnum Deum ſcimus. Et propterea vnum tria, in quibus deitas eſt, prædicamus; & tria vnum, quorum deitas eſt, annuntiamus: imo vt verius dicatur, quæ tria deitas & eſt & agnoſcitur.

Credimus autem & in vnum eiuſdem ſanctæ conſubſtantialis Trinitatis Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: *qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt*, vt ait Apoſtolus, *eſſe ſe æqualem Deo; ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens.* (Philip. 2.) Patri enim cum ſit conſubſtantialis atque conſeſſor, in nouiſſimis temporibus non eſt dedignatus naſci ex ſancta & intemerata domina noſtra Dei genitrice, carnem ex ea ſumens

παντελῆ μερισμὸν οὐ προσίεται. εἷς γὰρ θεός ἐστιν, ὅτι καὶ θεότης μία διαπρυσίως κηρύττεται, καὶ ἐν τριάδι προσώπων γνωρίζεται. καὶ οὔτε καθὸ εἷς θεὸς ὁ θεὸς καὶ μία θεότης ἐστὶ, διαιρεῖται, καὶ εἰς τρεῖς θεοὺς μερίζεται· Ἀρειανῶν γὰρ τὸ δυσσέβημα· οὔτε καθὸ τρεῖς ὁ εἷς θεός ἐστι καὶ γνωρίζεται, καὶ ὑποστάσεις τρεῖς καταγγέλλεται, ὁ πατὴρ καὶ υἱὸς καὶ πνεῦμα πανάγιον λέγεται, συστελλόμενος ἢ συντιθέμενος, καὶ εἰς μίαν ἑαυτὸν συναλείφων ὑπόστασιν· ὅτι Σαβελλιανῶν τὸ ἀνόμημα. καὶ διὰ τοῦτο καλῶς τοῖς θεολόγοις τεθέσπισται, μονάδα μὲν ἡμᾶς φρονεῖν ἐν μιᾷ καὶ ἑνιαίᾳ θεότητι, τριάδα δὲ ταῖς ἀσυγχύτοις τρισὶν ὑποστάσεσιν. οὐκ ἄλλον δὲ τὸν ἕνα θεὸν παρὰ τὰ τρία γινώσκομεν πρόσωπα· οὔτε τὰ τρία τῆς τριάδος ὁμοούσια πρόσωπα, ἅπερ ἐστὶν ὁ πατὴρ, ὁ υἱός, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἕτερα παρὰ τὸν ἕνα θεὸν ἐπιστάμεθα. καὶ διὰ τοῦτο ἓν τὰ τρία τὰ ἐν οἷς ἡ θεότης, κηρύττομεν· καὶ τὰ τρία ἕν, ὧν ἡ θεότης ἐστὶν, ἐξαγγέλλομεν· ἤ τόγε ἀληθέστερον εἰπεῖν, ἃ ἡ θεότης ἐστὶ καὶ γινώσκεται.

Πιστεύομεν δὲ καὶ εἰς τὸν ἕνα τῆς αὐτῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο, φησὶν ὁ ἀπόστολος, τὸ εἶναι ἴσα θεῷ· ἀλλ᾽ ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. τῷ πατρὶ γὰρ ὢν ὁμοούσιός τε καὶ σύνθρονος, ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν χρόνων οὐκ ἀπηξίωσε τεχθῆναι ἐκ τῆς ἁγίας καὶ παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, σάρκα λαβὼν ἐξ αὐτῆς ἐψυ-

ANNO CHRISTI 787.

χωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ, ἀπαρχὴν τοῦ ἡμετέρου φυράματος, οὐ σπερματικῶς, ἀλλὰ δημιουργικῶς διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος. καὶ οὕτω προῆλθεν εἷς ἐκ δύο τῶν ἐναντίων. ὁ θεὸς λόγος, τέλειος φύσει θεὸς ὤν, γέγονε φύσει τέλειος ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς, οὐ τραπεὶς τὴν φύσιν, οὐδὲ φαντάσας τὴν οἰκονομίαν, ἀλλὰ τῇ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου ληφθείσῃ λογικῶς τε καὶ νοερῶς ἐμψυχωμένῃ σαρκὶ, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ εἶναι λαχούσῃ ἑνωθεὶς καθ' ὑπόστασιν ἀσυγχύτως, ἀδιαιρέτως· μὴ μεταβαλὼν τὴν τῆς θεότητος αὐτοῦ φύσιν εἰς τὴν τῆς σαρκὸς οὐσίαν, μήτε μὴν τὴν οὐσίαν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ εἰς τὴν φύσιν τῆς αὐτοῦ θεότητος. δύο τοιγαροῦν φύσεις ἀτρέπτως ἀλλήλαις ἑνωθεῖσαι ἐν μιᾷ τῇ τοῦ θεοῦ λόγου ὑποστάσει, ἕνα υἱὸν καὶ κύριον ἡμῖν ἐγνώρισαν ὁρατὸν καὶ ἀόρατον, θνητὸν καὶ ἀθάνατον, περιγραπτὸν τὸν αὐτὸν καὶ ἀπερίγραπτον, θεὸν τέλειον καὶ ἄνθρωπον τέλειον, ἐν δύο φύσεσι γνωριζόμενον, καὶ ἐν δυσὶν αὐτεξουσίοις ἐνεργείαις προσκυνούμενον καὶ θελήσεσιν. οὐ γὰρ ἂν ἐνήργησε θεϊκῶς οὐκ ὢν φύσει θεός· οὐδ' αὖ πάλιν ἀνθρωπίνως, εἰ μὴ φύσει γέγονεν ἄνθρωπος. τοῦτον ὁμολογοῦμεν τὸν ὄντως ὄντα θεόν τε καὶ ἄνθρωπον διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σταυρωθῆναι, καὶ θανάτου γεύσασθαι σαρκὶ, ταφήν τε τριήμερον καταδέξασθαι, καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν τῆς οἰκείας δυνάμει θεότητος, τὸν ᾅδην σκυλεύσαντα, καὶ τοὺς ἀπ' αἰῶνος δεσμίους ἐλευθερώσαντα, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀναληφθῆναι, καὶ ἐν δεξιᾷ κεκαθικέναι τοῦ πατρὸς, καὶ ἥξοντα κατὰ τὴν φωνὴν τῶν ἀσωμάτων πρὸς

animatam anima rationabili & intelligibili, primitias maſſæ noſtræ, non ſeminatam, ſed conditam per Spiritum ſanctum. Ita procedens vnus ex duobus contrariis Deus Verbum, cum perfectus natura Deus exiſteret, factus natura perfectus homo idem ipſe, non mutans naturam, neque ſimulans diſpenſationem; ſed carni rationabiliter & intelligibiliter * ex ſancta virgine ſumptæ, & in ipſo vt eſſet ſortitæ, vnitus eſt per ſubſiſtentiam inconfuſe ac indiuiſe; non transferens deitatis ſuæ naturam in carnis ſubſtantiam, ſed neque ſubſtantiam carnis ſuæ in naturam ſuæ deitatis. Duæ igitur naturæ inconuertibiliter inuicem adunatæ in vna Dei Verbi ſubſiſtentia, vnum Filium & Dominum nobis demonſtrauerunt viſibilem & inuiſibilem, mortalem & immortalem, circumſcriptum eumdem & incircumſcriptum, Deum perfectum & hominem perfectum, in duabus naturis agnoſcendum, & in duabus liberis operationibus & voluntatibus adorandum. Nam non vtique operaretur diuine, niſi eſſet natura Deus: neque rurſus humane, niſi natura fieret homo. Hunc confitemur, qui vere eſt Deus & homo, propter ſalutem noſtram crucifixum fuiſſe, & carne mortem guſtaſſe, ſepulturamque trium ſuſcepiſſe dierum, & reſurrexiſſe a mortuis propriæ potentia deitatis, infernum diſpoliaſſe, & eos qui a ſæculo vincti fuerant, libertate donaſſe, in cælos aſcendiſſe, & in dextera Patris ſediſſe, & venturum ſecundum vocem incorporalium

Contrarias vocat, quia viſibilis vna & mortalis eſt, altera inuiſibilis & immortalis, vt ipſe paulo infra ſe explicat.

* *Gr.* animatæ

Act. I. ad apoſtolos delatam, in ſecundo ſuo aduentu iudicare viuos & mortuos. Confitemur autem & mortuorum in nouiſſima die per vocem archangelicæ tubæ reſurrectionem, & operum a nobis bene vel aliter geſtorum, iuſte Chriſto Deo noſtro iudicante, retributionem, & in futuro æternam vitam & terminum non habentem.

Suſcipimus autem, & firmamus, & alacriter amplectimur ſanctas & vniuerſales ſex Synodos, quæ per Spiritum ſanctum contra omnem congregatæ ſunt hæreſim in diuerſis locis atque temporibus, quas vniuerſæ ſub ſole orthodoxorum eccleſiæ magna voce prædicantes, rectis ac diuinitus inſpiratis earum dogmatibus fulciuntur, recipientes quos illæ recipiunt, & abiicientes quos ipſæ abiiciunt. Et prima quidem apud Nicæam celebrata trecentorum decem & octo ſanctorum patrum Synodus in depoſitionem Arii a furia cognominati, & ipſius animas corrumpentium blaſphemiarum: quem vt diuiſorem inſanum, & inconfuſæ inciſorem deitatis, & Filium Patris creaturam garrula verboſitate fatentem, per quem profecto cuncta creata, & ex non exiſtentibus vt eſſent producta ſunt, anathematizauit cum omnibus conſentaneis eius, & procul a diuinis ſacrariis pepulit, prædicans Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ante omnia ſæcula de Patris ſubſtantia & ſubſiſtentia, ſine tempore ac ſine fluxu natum, conſubſtantialem Patri & ſancto Spiritui exiſtentem: & per ſymbolum, id eſt, fidei rectæ confeſſionem, omne Chriſti diſpenſationis edocuit ex-

τοὺς ἀποστόλους, ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ παρουσίᾳ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. ὁμολογοῦμεν δὲ καὶ τὴν τῶν νεκρῶν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ διὰ φωνῆς ἀρχαγγελικῆς σάλπιγγος ἐξανάστασιν, καὶ τὴν τῶν βεβιωμένων ἡμῖν εὖ ἢ ἑτέρως ἔργων, κρίσει δικαίᾳ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, ἀνταπόδοσιν, καὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ζωὴν τέλος οὐκ ἔχουσαν. Anno Christi 787.

Δεχόμεθα δὲ καὶ στέργομεν, καὶ ἐνθύμως ἀσπαζόμεθα τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἓξ συνόδους, τὰς διὰ πνεύματος ἁγίου κατὰ πάσης συναθροισθείσας αἱρέσεως ἐν διαφόροις τόποις καὶ χρόνοις· ἃς καὶ αἱ καθ' ὅλης τῆς ὑφ' ἡλίου τῶν ὀρθοδόξων ἐκκλησίαι διαπρυσίως κηρύττουσαι, τοῖς ὀρθοῖς καὶ θεοπνεύστοις αὐτῶν ἐπιστηρίζονται δόγμασι, δεχόμεναι οὓς ἀποδέχονται, καὶ ἀποβαλλόμεναι οὓς ἀποβάλλονται. καὶ πρώτη μὲν ἡ ἐν Νικαίᾳ συναγερθεῖσα τῶν τιη΄. ἁγίων πατέρων σύνοδος ἐπὶ καθαιρέσει Ἀρείου τοῦ τῆς μανίας ἐπωνύμου, καὶ τῶν αὐτοῦ ψυχοφθόρων βλασφημιῶν. ὃν ὡς διαιρέτην, καὶ τῆς μιᾶς καὶ ἀσυγχύτου κατατομέα θεότητος, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ πατρὸς κτίσμα βαττολογοῦντα, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα ἔκτισται, καὶ ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παρήχθη, ἀνεθεμάτισε, καὶ τοὺς αὐτοῦ ὁμόφρονας, καὶ πόῤῥω τῶν θείων ἀνακτόρων ἀπεσφενδόνησε, θεσπίσασα τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως ἀχρόνως, ἀῤῥεύστως γεννηθέντα, καὶ ὁμοούσιον τῷ πατρὶ πεφηνότα καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· καὶ διὰ συμβόλου, ἤτοι πίστεως ὀρθῆς ὁμολογίας, πᾶν τὸ τῆς κατὰ Χριστὸν οἰκονομίας τρανῶς ἐκ-

διδάξασα

ANNO CHRISTI 787.

διδάξασα μυστήριον. ἡ δευτέρα δὲ ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει συναχθεῖσα τῶν ρν΄. πατέρων σύνοδος κατὰ τοῦ πνευματομάχου Μακεδονίου, καὶ τῶν ἀμφ᾽ αὐτὸν θεοστυγῶν Ἡμιαρείων. ἥτις ἁγία σύνοδος τὸ αὐτὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁδηγὸν καὶ διδάσκαλον ἔχουσα, ἐκ τοῦ πατρὸς ἀχρόνως καὶ ἀϊδίως τὴν ἐκπόρευσιν ἐδογμάτισεν ἔχον, καὶ ὁμοούσιον τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ, συμπροσκυνούμενόν τε καὶ συνδοξαζόμενον· τοὺς δὲ βλασφημήσαντας ἀσυγχώρητα εἰς αὐτὸν τὸν παράκλητον ἀναθέμασιν ἀσιγήτοις καθυπέβαλε, μετὰ καὶ τοῦ παράφρονος Ἀπολιναρίου, ὃς τὸν κατὰ τὸν σωτῆρα ἄνθρωπον ἄνουν ὁ ἄνους ἐφλυάρησε. καὶ τρίτη ἡ ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρότερον τῶν διακοσίων ἁγίων πατέρων διαλάμψασα σύνοδος ἐπὶ καταλύσει καὶ ἀποβολῇ τοῦ ἀνθρωπολάτρου Νεστορίου καὶ τῶν ὁμοφρόνων αὐτῷ· ὃς ἐκ τῶν οἰκείων ἐβδελυγμένων ἐνθυμήσεων πλανώμενος, ἄλλον τὸν προαιώνιον θεὸν λόγον, καὶ ἄλλον τὸν ἐκ παρθένου διὰ σωτηρίαν ἡμῶν σαρκωθέντα πεφλυάρηκε, τέταρτον, καὶ μὴ βουλόμενος, ὁ ἀνόσιος πρόσωπον τῇ ἁγίᾳ καὶ ὁμοουσίῳ συνεπεισάγων τριάδι· οὐ μόνον διαιρῶν τὰς ἡνωμένας δύο τοῦ Χριστοῦ φύσεις εἰς δύο ὑποστάσεις, ἀλλὰ καὶ τὴν, θεοτόκος, φωνὴν ὁ κατάρατος ἐξομνύμενος, καὶ Χριστοτόκον καλεῖσθαι νομοθετῶν ὁ παράνομος τὴν ὄντως θεομήτορα, καὶ πρὸ τοῦ τόκου καὶ μετὰ τόκον παρθένον, καὶ πάσης νοητῆς τε καὶ αἰσθητῆς ὑπερτέραν δόξῃ τε καὶ λαμπρότητι δεδημιουργημένης φύσεως. τοῦτον τοίνυν ἡ αὐτὴ ἁγία τῶν διακοσίων

preſſe myſterium. Secunda vero collecta eſt Conſtantinopoli centum quinquaginta patrum Synodus contra Spiritus impugnatorem Macedonium,&Deo exoſos Semiarianos ſocios eius. quæ ſancta Synodus eumdem Spiritum ſanctum ducem ac magiſtrum habens, ex Patre ſine tempore ac ſempiterne proceſſionem dogmatizauit habere,& homouſion Patri & Filio fore coadorandum & conglorificandum: eos autem qui blaſphemauerunt in eumdem paracletum,ſine remiſſione anathematiſmis ſubmiſit inenarrabilibus, vna cum deſipiente Apollinario, qui * ſaluatoris noſtri hominem ſine intellectu, cum eſſet amens, verboſe perhibuit. Et tertia prior Epheſi ducentorum ſanctorum patrum refulgens Synodus in deſtructionem & deiectionem hominem colentis Neſtorii &conſentaneorum eius: qui ex propriis execrabilibus cogitationibus deceptus, alium eſſe Deum Verbum, qui ante ſæcula eſt, & alium eum qui ex virgine propter ſalutem noſtram incarnatus eſt, garrula voce profatus eſt, quartam ſceleratus, etiam nolens, perſonam in ſanctam & conſubſtantialem Trinitatem inducens: non ſolum ſeparans vnitas duas Chriſti naturas in duas ſubſiſtentias, verum etiam vocem, qua Dei genitrix appellatur, maledictus abiurans, Chriſtotocon hanc vocari nequiſſime ſanxit, quæ vere Dei mater eſt, & ante partum & poſt partum virgo, atque omnis intelligibilis ac ſenſibilis naturæ gloria & claritate creata ſublimior. Hunc igitur eadem ſancta ducentorum

* Gr. ſaluatorem noſtrum ſecundum hominem.

patrum Synodus anathematizauit, vna cum animam lædentibus deliramentis eius; vnum Filium ex Patre ante ſæcula illuxiſſe, & eumdem in nouiſſimis diebus de intemerata virgine ac Dei genitrice Maria natum fuiſſe, naturam noſtram indutum edocens, & Deum perfectum & hominem perfectum eumdem Filium Dei denuntians, id eſt, vnum Filium & Chriſtum & Dominum, & abſolute vnam naturam Dei Verbi incarnatam: quod ſignificat duarum naturarum vnitionem, quæ per ſubſiſtentiam facta eſt. Dei vero genitricem proprie ac per veritatem ſanctam Mariam nominari legitime ſtatuit. Opportuniſſime autem Calchedone diuinitus collecta orta eſt Synodus ſexcentorum triginta ſanctorum patrum in depoſitionem deceptæ hæreſeos confuſas Chriſti naturas perhibentis: quam primus inſenſatus Eutyches ex inſipiētia ſua inſtituit, in vno Chriſto duas naturas inconuertibiliter vnitas abnegans, & vnam naturam ex duabus factam & compoſitam prodigioſe coniiciens. qui & Dioſcorum noxium fautorem & defenſorem habens, orthodoxorum dogmatum calumniator, & veritatis hoſtis inuentus eſt. Sed hos ambos Synodus ſancta deſtruxit, & deliras vocum * nouitates eorum ſeueris cum illis anathematibus ſubdidit, prædicans Chriſti veri Dei noſtri duas naturas inconfuſe, inconuertibiliter & incommutabiliter vnitas in vna ſubſiſtentia ſua; perfectumque in deitate ſimul eumdem & in humanitate conſiſtere, ex duabus & in duabus

* vanitates Gr.

πατέρων ἀνεθεμάτισε σύνοδος, καὶ τὰ ψυχοβλαβῆ αὐτοῦ ληρήματα, ἕνα υἱὸν ὄντα ἐκ πατρὸς πρὸ αἰώνων ἐκλάμψαντα, καὶ τὸν αὐτὸν ἐπ᾿ ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐκ τῆς ἀχράντου γεννηθέντα παρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας, τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀμφιασάμενον διδάξασα, καὶ θεὸν τέλειον καὶ ἄνθρωπον τέλειον τὸν αὐτὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καταγγείλασα, τουτέστιν ἕνα υἱὸν καὶ Χριστὸν καὶ κύριον, καὶ ἁπλῶς μίαν φύσιν τοῦ θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην· ὅπερ σημαίνει τὴν τῶν δύο φύσεων καθ᾿ ὑπόστασιν ἕνωσιν· θεοτόκον δὲ κυρίως καὶ κατ᾿ ἀλήθειαν τὴν ἁγίαν Μαρίαν νενομοθέτηκεν ὀνομάζεσθαι. εὐκαιρότατα δὲ καὶ ἡ ἐν Καλχηδόνι θεοσύλλεκτος ἀνατέταλκε σύνοδος τῶν χλ΄. ἁγίων πατέρων, ἐπὶ καθαιρέσει τῆς συγχυτικῆς τῶν Χριστοῦ φύσεων πεπλανημένης αἱρέσεως· ἣν πρῶτος ὁ παράφρων Εὐτυχὴς ἐξ ἀφροσύνης συνεστήσατο, τὰς ἐν τῷ ἑνὶ Χριστῷ δύο φύσεις ἀτρέπτως ἡνωμένας ἀπαρνούμενος, καὶ μίαν φύσιν ἐκ τῶν δύο γεγενῆσθαι τερατευόμενος σύνθετον. ὃς καὶ Διόσκορον τὸν ἀλιτήριον συνασπιστὴν καὶ ἔκδικον ἔχων, τῶν ὀρθῶν δογμάτων κατήγορος, καὶ τῆς ἀληθείας ἀντίπαλος εὕρηται. ἀλλὰ τούτους ἄμφω ἡ ἁγία καταλέλυκε σύνοδος, καὶ τὰς λήρους * κενοφωνίας αὐτῶν αὐστηροῖς ἀναθέμασι σὺν αὐτοῖς καθυπέβαλε, κηρύξασα τὰς τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ ἡμῶν θεοῦ δύο φύσεις ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀμεταβλήτως ἑνωθείσας ἐν τῇ μιᾷ αὐτοῦ ὑποστάσει· τέλειόν τε τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι ὑπάρχειν καὶ ἀνθρωπότητι, ἐκ δύο τε καὶ ἐν δυσὶ

* καινοφωνίας L.

ANNO CHRISTI 787.

γνωριζόμενον φύσεσι. πρὸς τούτοις δὲ καὶ τὴν τοῦ μυσαροῦ Νεστορίου διαίρεσιν, καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον σὺν τοῖς αὐτοῦ συμφροσιν ἀπεκήρυξε. καθεξῆς δὲ καὶ ἡ πέμπτη συγκεκρότηται σύνοδος ἐν τῇ δεσποζούσῃ τῶν πόλεων, ρξδ΄. ἁγίων πατέρων ἀριθμὸν ἀποσώζουσα· ἥτις ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ἁγίου πνεύματος ποδηγουμένη, τὰς πρὸ αὐτῆς ἀγηγερμένας ἁγίας τέσσαρας συνόδους ἐπεκύρωσε, καὶ τούτων τοῖς ὀρθοῖς ἐπηκολούθησε δόγμασιν, ἀναθεματίσασα Νεστόριον, Εὐτυχέα, Θεόδωρον τὸν Μοψουεστίας σὺν ταῖς βλασφημίαις αὐτοῦ· ἔτι τε Ὠριγένην, καὶ Εὐάγριον, Δίδυμον, καὶ πάσας τὰς μυθώδεις καὶ ἑλληνικὰς αὐτῶν τερατολογίας, τήν τε λεγομένην Ἴβα ἐπιστολὴν πρὸς Μάρην τὸν Πέρσην, καὶ τὰ συγγράμματα Θεοδωρήτου, ἃ κατὰ τῶν ὀρθῶν δώδεκα κεφαλαίων τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου συνεγράψατο.

